



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)  
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

### **O3: European Latin Language Certification – Advanced Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia, Practical Tools Test**

(German Version: 29.09.2022)

**Project Coordinator:**

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

**Project Partners:**

University of Köln (Germany)

*Catholic University of the Sacred Heart* – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

**Test sample B1 – Caes. Gall. 7,77,12–16**

**Erster Teil: Textverständnis und Sprachkompetenz**

**90 Minuten Bearbeitungszeit**

Der erste Teil gilt als bestanden, wenn mindestens 75 % der Gesamtpunktzahl erreicht worden sind (30/40 Punkte). Davon müssen mindestens jeweils zwei Punkte in den Aufgaben 5 und 6 erreicht worden sein.

**De oratione Critognati Galli**

*In libro de bello Gallico scripto Caesar narrat, quomodo Galli in oppido Alesia clausi spem salutis in auxilio sociorum, qui Alesiae appropinquaverint, posuerint. Sed Galli, cum cibo careant et fame vexentur, concilium principum convocant. Alii Romanis manus dare, alii impetum in hostes facere volunt. Tum Critognatus, princeps Arvernorum, orationem habet. Neque deditionem neque impetum probat, sed principibus Gallis aliud suadet:*

|    |   |
|----|---|
| 5  | Quid ergo mei consilii est? Facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in oppida compulsi ac simili inopia subacti eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles videbantur, vitam toleraverunt neque se hostibus tradiderunt. Cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam quid illi simile bello fuit? Depopulata Gallia Cimbri magnaue inlata calamitate finibus quidem nostris aliquando excesserunt atque alias terras petiverunt; iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani vero quid petunt aliud aut quid volunt, nisi invidia adducti, quos fama nobiles potentesque bello cognoverunt, horum in agris civitatibusque |
| 10 | considerare atque his aeternam iniungere servitute? Neque enim umquam alia condicione bella gesserunt. Quod si ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam, quae in provinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur servitute."   |

Glossarium

|           |   |   |
|-----------|---|---|
| summarium | deditio, ionis, f.                          | Subst. → se dedere, se tradere                        |
| Z. 2      | in oppida compulsi<br>subigere              | ~ in oppidis clausi<br>hic: fatigare                  |
| Z. 5      | posteri, orum, m.<br>pulcherrimum iudicare  | ei, qui posterius vivunt.<br>~ optimum iudicare       |
| Z. 6      | depopulari                                  | ~ eripere   |
| Z. 6      | calamitatem inferre                         | cladem afferre  |
| Z. 10     | quod si                                     | quodsi  |
| Z. 11 /12 | in longinquis nationibus                    | apud gentes exteras                                   |
| Z. 12     | finitimam Galliam<br>in provinciam redigere | i.e. Gallia Narbonensis<br>~ terram provinciam facere |
| Z. 13     | securis, uris, f.                           | i.e. potestas Romana                                  |

**1) Ordnen Sie den einzelnen Textabschnitten die thematisch passenden Überschriften zu, indem Sie die Buchstaben in die entsprechenden Lücken eintragen. (4 Punkte)**

|  |  |
|--|--|
| a) De exemplo Romanorum, qui hostibus pepercerint                  | b) Cur Romani bella gerant   |
| c) Quid Romani facturi sint, cum Gallos superaverint               | d) De fortuna nationum exterarum   |
| e) Quomodo Galli in bello Cimbrorum et Teutonum vitam toleraverint | f) Cur Cimbri, quamquam fines Gallorum depopulati sint, tamen Gallis pepercerint |
| g) De servitute Cimbrorum et Teutonum                              | h) Quis Gallos ex eo periculo servaturus sit                                     |

1) Zeilen 1–5a: \_\_\_\_\_

2) Zeilen 5b–8a: \_\_\_\_\_

3) Zeilen 8b–11a: \_\_\_\_\_

4) Zeilen 11b–13: \_\_\_\_\_

**2) Kreuzen Sie an, ob diese Aussagen wahr (verum) oder falsch (falsum) sind oder nicht beantwortet werden können (non liquet). (8 Punkte)**

|    |  | verum | falsum | non<br>liquet |
|----|--|-------|--------|---------------|
| a) | Critognatus bellum Cimbrorum et Teutonum cum eo bello comparari posse dicit. |       |        |               |
| b) | Maiores quoque ab hostibus obsidebantur et in oppidis famem tolerabant.      |       |        |               |
| c) | Maiores Gallorum hostibus fortiter resistebant.                              |       |        |               |
| d) | Critognatus maiores exemplo ponit.   |       |        |               |
| e) | Cimbri, cum oppida Gallorum diripuissent, etiam mores Gallorum corruperunt.  |       |        |               |
| f) | Galli Romanis odio sunt.   |       |        |               |
| g) | Romani, cum Gallis inviderent, eis bellum intulerunt.                        |       |        |               |
| h) | Critognatus Romanos Gallos servitute affecturos esse putat.                  |       |        |               |

**3) Kreuzen Sie die richtige Antwort an. (7 Punkte)**

1. *Quod est consilium Critognati?*

- a) Principes Gallorum impetum in Romanos faciant.
- b) Principes Gallorum legatos ad Caesarem mittant, ut de pace agant.
- c) Principes Gallorum exemplum maiorum sequantur.
- d) Principes Gallorum ne exemplum maiorum sequantur.

2. *Quid maiores in bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt?*

- a) Maiores se hostibus tradiderunt.
- b) Maiores corporibus eorum, qui aetatis causa pugnare non possent, cibo usi sunt.
- c) Maiores famem fortiter pertulerunt.
- d) Maiores partem civium fame necaverunt, ut copiae suppeterent.

3. *Quid Critognatus de exemplo maiorum sentit?*

- a) Critognatus exemplum laudandum et tradendum esse censet.
- b) Critognatus exemplum non probat.
- c) Critognatus exemplum non probat, sed Gallis tamen exemplum sequendum esse censet.
- d) Non liquet, quid Critognatus de exemplo maiorum sentiat.

4. *Quid Cimbri non fecerunt?*

- a) Cimbri fines Gallorum diripuerunt.
- b) Cimbri alias terras obierunt.
- c) Cimbri e finibus Gallorum exierunt.
- d) Cimbri leges Gallorum mutaverunt.

5. *Cur Romani Critognati sententia aliis gentibus bellum inferunt?*

- a) Romani provincias defendere volunt.
- b) Romani iniuriam ulcisci volunt.
- c) Romani invidia permoti sunt.
- d) Romani socios adiuvere volunt.

6. *Cuius bona Romani Critognati sententia rapuerunt?*

- a) Romani omnia bona rapuerunt.
- b) Romani bona non rapuerunt.
- c) Romani bona eorum, qui morbo gravi affecti sunt, rapuerunt.
- d) Romani bona nobilium et fortium rapuerunt.

7. *Quid Romani Critognati sententia non fecerunt?*

- a) Romani Gallos, qui Galliam finitimam tenent, servitute affecerunt.
- b) Romani leges Gallorum mutaverunt.
- c) Romani iura Gallorum tenuerunt.
- d) Romani Galliam finitimam in provinciam redegerunt.

**4) Kreuzen Sie die korrekte Antwort an. (8 Punkte)**

***nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque*** in Z. 1/2 entspricht ...

- a) Bellum Cimbrorum Teutonumque ei bello simile non est.
- b) Bellum Cimbrorum Teutonumque cum eo bello comparandum est.
- c) Bellum Cimbrorum Teutonumque cum eo bello comparandum non est.
- d) Bellum Cimbrorum Teutonumque ei bello simile est.

***simili inopia subacti*** in Z. 1/2 bedeutet ...

- a) morbo affecti
- b) siti vexati
- c) fame vexati
- d) animo demisso esse

***qui aetate ad bellum inutiles videbantur*** in Z. 3 bezeichnet ...

- a) mulieres
- b) senes
- c) iuvenes
- d) animalia

***vitam tolerare*** in Z. 3 ist gleichbedeutend mit ...

- a) vitam agere
- b) vitam amittere
- c) vitam servare
- d) superesse

**prodi** in Z. 5 entspricht ...

- a) tradi
- b) fundi
- c) despici
- d) damnari

**magnaque inlata calamitate** in Z. 6 entspricht ...

- a) magnam cladem accipere
- b) aliquem / aliquid perdere
- c) aliquem ex periculo servare
- d) magnam iniuriam pati

**iniungere servitatem** in Z. 10 entspricht ...

- a) alicui libertatem eripere
- b) servitatem perferre
- c) libertatem recipere
- d) servum manu mittere

**Neque enim umquam alia condicione bella gesserunt** in Z. 10/11 entspricht ...

- a) Romani semper eo modo bella gerebant.
- b) Romani semper ob eam causam bella gerebant.
- c) Romani semper ad eam rem bella gerebant.
- d) Romani semper cum eis gentibus bella gerebant.

5) Bestimmen Sie die folgenden grammatischen und stilistischen Phänomene aus dem Text. (8 Punkte)

**subacti** in Z. 3 ist ...

- a) ein attributives Partizip
- b) Teil eines Verbs im Perfekt
- c) ein *participium coniunctum*
- d) ein *ablativus absolutus*

Bei **qui ... videbantur** in Z. 3 handelt es sich um ...

- a) einen Acl
- b) einen Relativsatz
- c) einen Ncl
- d) einen indirekten Fragesatz

Bei **cuius** in Z. 4 handelt es sich um ...

- a) einen relativen Satzanschluss
- b) ein Fragepronomen
- c) ein Indefinitpronomen
- d) die Einleitung eines Ncls

**si** in Z. 4 leitet eine ... Periode ein.

- a) indefinite
- b) potentiale
- c) irreale
- d) reale

**causa** in Z. 4 ist hier ...

- a) ein Substantiv
- b) eine Postposition
- c) eine Präposition
- d) ein Imperativ

**depopulata** in Z. 6 ist ...

- a) ein *participium coniunctum*
- b) ein Gerundium
- c) ein attributives Partizip
- d) Teil eines *ablativus absolutus*

**iura, leges, agros, libertatem** in Z. 7 bildet ein(e) ...

- a) Hendiadiöyn
- b) Hyperbaton
- c) Asyndeton
- d) Alliteration

**securibus subiecta perpetua premitur** in Z. 13 bildet ein(e) ...

- a) Hendiadiöyn
- b) Hyperbaton
- c) Asyndeton
- d) Alliteration



**6) Formen Sie die Sätze um. (5 Punkte)**

1. Zeilen 1–2: *facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt*

→ *Critognatus suadet, ut principes Gallorum id \_\_\_\_\_, quod maiores nequaquam pari bello Cimbrorum \_\_\_\_\_.*

2. Zeile 8: *Romani vero quid petunt aliud aut quid volunt*

→ *Critognatus Romanos nihil aliud \_\_\_\_\_ aut \_\_\_\_\_ dicit*

3. Zeile 12–13: *Galliam, quae ... perpetua premitur servitute*

→ *Critognatus non dubitat, quin Gallia perpetua servitute \_\_\_\_\_.*

**Test sample B1 – Caes. Gall. 7,77,12–16**

**Zweiter Teil: Übersetzung des Textes**

**60 Minuten Bearbeitungszeit**

**De oratione Critognati Galli**

*In libro de bello Gallico scripto Caesar narrat, quomodo Galli in oppido Alesia clausi spem salutis in auxilio sociorum, qui Alesiae appropinquaverint, posuerint. Sed Galli, cum cibo careant et fame vexentur, concilium principum convocant. Alii Romanis manus dare, alii impetum in hostes facere volunt. Tum Critognatus, princeps Arvernorum, orationem habet. Neque deditionem neque impetum probat, sed principibus Gallis aliud suadet:*

|    |  |
|----|--|
| 5  | <p>Quid ergo mei consilii est? Facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in oppida compulsi ac simili inopia subacti eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles videbantur, vitam toleraverunt neque se hostibus tradiderunt. Cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa</p>  |
| 10 | <p>institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem. Nam quid illi simile bello fuit? Depopulata Gallia Cimbri magnaue inlata calamitate finibus quidem nostris aliquando excesserunt atque alias terras petiverunt; iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani vero quid petunt aliud aut quid volunt, nisi invidia adducti, quos fama nobiles potentesque bello cognoverunt, horum in agris civitatibusque considerare atque his aeternam iniungere servitatem? Neque enim umquam alia condicione bella gesserunt. Quod si ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam, quae in provinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur servitute."</p> |

Glossarium

|           |   |   |
|-----------|---|---|
| summarium | deditio, ionis, f.                          | Subst. → se dedere, se tradere                        |
| Z. 2      | in oppida compulsi<br>subigere              | ~ in oppidis clausi<br>hic: fatigare                  |
| Z. 5      | posteri, orum, m.                           | ei, qui posterius vivunt.                             |
|           | pulcherrimum iudicare                       | ~ optimum iudicare                                    |
| Z. 6      | depopulari                                  | ~ eripere   |
| Z. 6      | calamitatem inferre                         | cladem afferre  |
| Z. 10     | quod si                                     | quodsi  |
| Z. 11 /12 | in longinquis nationibus                    | apud gentes exteras                                   |
| Z. 12     | finitimam Galliam<br>in provinciam redigere | i.e. Gallia Narbonensis<br>~ terram provinciam facere |
| Z. 13     | securis, uris, f.                           | i.e. potestas Romana                                  |